

ſcondita & imperſcrutabilis. juxta verſum: *præcipit ac prohibet, permittit, conſulit, implet.* Quibus ſignatur vel ſignificatur vol. ſigni. propter fraudes tamen Calvinifticas evitatur. A Calvinianis enim dicitur accommodata ad *idem objectum*, ut DEUS aliud ore externo & in ſignis præ ſe ferat, aliud ſecum intendat pro ſuo decreto, aliud loquatur, aliud ſentiat, adeoque ibi diverſa ſtatuitur voluntas, contraria & oppoſita, ut expreſſe concedit *Piſcator, reſponſ. ad amicam Collat. Vorſt. p. 156.* mandata Dei interdum arcano conſilio contraria eſſe, ſed hoc blaſphemiam redolet abominandam, Dei que labefactat integritatem, noſtramque fidei *πληροφορίαν*, qua nunquam certo ſcripoſſet, an eſſet ſeria Dei voluntas eorum, quæ dicit & ſignari facit, *Calov. p. 400. c. 1. conf. Exhib. noſt. Phil. Th. q. XIII.*

Object.

ſ. 3. Obj. 1. Deum Abrahamo exterius præcepiffe, quod internè noluiſſet. *Genef. XXII.* item 2. Pharaoni dimiſſionem populi præcepiffe, quam tamen ab ipſo fieri noluiſſet, eo ipſo, dum induraſſet cor ejus ut non dimitteret. Sic 3. præcepiffe Bileamo *Num. 22. 20. 35.* abitum ad Regem Balak, quem tamen noluiſſet voluntate beneplaciti. &c. Communiter, hæc non ſpectare ad negotium ſalutis de quo potiffimum intelligitur quaſtio. Interea tamen nec hîc conceditur contrarietas; Quapropter Reſp. ad 1. Abrahamum juſſum eſſe & ſigni & beneplaciti voluntate, ut offerret Filium in ſacrificium, ubi nulla eſt contrarietas. Volebat autè Deus, hac voluntatis promittitudine declaratâ ſibi proſpicere de alio ſacrificio. &c. ad 2. volebat ſeriò dimiſſionem populi, quando autem reſiſtebat Pharaon, volebat reſiſtentis indurationem. Reſp. ad 3. volebat & promittebat abitum ejus, qui lucrum captabat, ſed non volebat maledictionem populi ſui.

Q. XVI. *An in DEO detur ſcientia media?*

A contra Calv. & Schol.

Antich.

ſ. 1. *Guilhelm. Tuviffe ſpecial. diſſ. operoſ. Amesius. Giſbertus & Paulus Voetii*, ille ſelect. diſp. p. 254. hic Theol. naturali, profanam novitatem Theologiſ in cognitam, a ſyla Pelagianantium vocant: Sic & *Wendelinus*, *Retorfortis* atque alii decreta

DEI